

COMMENTARIUM.

6 Conclusio probatur.

Quibus pralibatis pro nostri textus vera interpretatione, concluso ex eo ita deduci debet: Precepta legis veteris, translata sacerdotio eius, iam cessant, nec hodie obligant. Probant eam varia sacra Paginae testimonia. Di-Matthaeus c. 11. vers. 13. ibi: Omnes prophetae, & lex usque ad Joannem prophetaverunt: & c. 23. vers. 38. & caput 15. Actuum Apollodoro vaticinia Hieremie c. 31. vers. 31. Malachiae c. 3. vers. 11. Apostoli ad Romanos c. 15. vers. 14. ibi: Non enim sub lege estis, sed sub gratia: & c. 7. vers. 4. ibi: Jesus liberavit me a lege: & ad Galatas c. 3. vers. 13. ibi: Christus nos redemit de maledictione legis: ad Ephesios c. 2. vers. 15. Legem mandatorum decretis evacuans; & ad Colossenses c. 2. vers. 14. c. perennis c. 5. hoc titulo, in 1. collecta. c. unico de purgatione, post partum. Ex Patribus Cypriano, Ambrosio, Damasceno, & alii probant Franciscus Valens in praefati, scilicet 7. Illustrant ex Theologis positivis Ribera, Thoma, & Salmeron, Cornelius a Lapide in d. c. 7. ad Hebraeos, Serlogus r. 1. in Cantica, antiloquo 3. scilicet 5. p. 103. & c. 23. vestigat. 10. scilicet 1. c. 1. p. 342. Ex Scholasticis D. Thomas 1. 2. q. 104. ar. 3. Bonaventura, Scotus, & alii Sententiarum in d. 4. dist. 3. Valquez c. 2. in 2. partem, dist. 181. c. 9. Suarez de legibus 1. 9. c. 10. Ex Canonistis & aliis Covarr. 1. 1. variar. c. 17. n. 1. Moneta de commut. c. 3. n. 57. Baronius anno 58. n. 81. Binus r. 1. Conciliorum, in initio 1. partis, Becanus in analogia, c. 5. q. 8. Ambianus ad Tertullianum de pudicitia c. 6. observ. 1. Castro de lege pasnali, l. 1. c. 15. Salas de legib. dist. 23. scilicet 5. & dist. 24. scilicet 4. Volduc de Ecclesia post legem, c. 5. & 8. Cellotius de hierarchia, l. 3. c. 3. G. 4. Gibalinus r. 1. scient. can. l. 4. c. 4.

7 Traditur ratio du. biandi.

Sed supradicta conclusio difficilis redditur sequenti confirmatione; nam lex antiqua nihil aliud erat, quam Dei voluntas data per divinam prudentiam; sed voluntas Dei est immutabilis: ergo nec per translationem sacerdotii potuit abrogari, praecipue quia lex illa data fuit a Deo, ut in aeternum duraret, ut probatur ex c. 17. Genesis, ibi: Erit pactum hoc in carne vestra in seculum aeternum: & c. 12. vers. 14. Exodi, ibi: Habebitis hunc diem solemne Dominum in generationibus vestris cultus sempiterno. Et ibi: Custodietis diem istum ritu perpetuo: Et Psal. 104. vers. 10. ibi: Stetit illud Jacob in praecipuum, ut Israel in testamentum aeternum. Deuter. c. 29. In sempiternum ut faciatis universa verba legis. Et c. 11. vers. 1. Observa precepta eius, & caeremonias, iudicia atque mandata omni tempore. Deuter. c. 12. vers. 38. Observa, & audi omnia, quae ego praecipio tibi, & filiis tuis post te in sempiternum. Levit. c. 10. vers. 9. Quia praecipuum sempiternum est in generationibus vestris: Levit. c. 17. vers. 7. Jerem. c. 11. vers. 3. Psal. 118. vers. 96. ibi: In aeternum michi est. E. vers. 111. Testimonia tua in aeternum. Et praecpta tam caeremonialia, quam moralia, in perpetuum data dicuntur, ut de Phae dicitur Exodi c. 13. vers. 14. ibi: Habebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum in solemne Dominum in generationibus vestris cultus sempiterno. Et vers. 17. Custodietis diem istum in generationibus vestris ritu perpetuo. De festivitate Sabbathi dicitur Exodi c. 31. vers. 16. Custodiat filii Israel Sabbatum, & celebrent illud in generationibus vestris: pactum est sempiternum inter me, & filios Israel, signumque perpetuum. De solemnitate hebdomadarum legitur Levit. c. 23. vers. 21. Legitimum sempiternum est in cultibus habitaculis, & caeremoniis vestris. De tempore expiationum Levit. c. 23. vers. 31. caveatur: Nihil ergo operis faciat in eo: legitimum sempiternum est vobis in cultibus generationibus, & habitacionibus vestris. De sacrificio legitur Levit. c. 6. vers. 18. Legitimum, ac sempiternum est in generationibus vestris. De sacerdote Deuter. c. 18. vers. 5. ita caveatur: Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, ut stet, & ministret nomini Domini ipse, & filii eius in sempiternum. Ergo si lex illa perpetuo data erat, non potuit ullo modo abrogari, seu transferri. Augetur, nam si aliquod modo concesserit, maxime praecipuum circumfisionis, utpote typicum caeremoniale, ut probant Tertianus pro caenob. 1. 1. c. 27. Baronius anno 101. n. 19. & anno 138. n. 1. Sed circumfisionis praecipuum adhuc in lege gratia praedicitur ab Apostolo, ad Corinthios c. 7. vers. 18. ibi: Sicut vocavit Deus, ita ambulat: & sicut omnibus Ecclesiis docet, circumfisionis aliquis vocatus est, non adducat praecipuum; in praecipuo aliquis vocatus est, non circumfisionis: circumfisionis nihil est, & praecipuum nihil, sed observatio mandatorum Dei. Ergo praecpta legis veteris etiam caeremonialia, in lege gratia durant. Augetur tandem haec difficultas ex eo, nam saepe legimus Romanos Pontifices ex lege veteri, & eius praecipuis decreta delinquentes, ut constat ex c. 1. de homic. c. 1. de adulter. c. 1. cum aliis quatuor sequentibus, de iniuriis, ubi tam ex praecipuis judicialibus, quam moralibus decreta referuntur. Ergo quia adhuc in lege gratia praecpta legis veteris obligant.

8 De lege veteri.

Qua dubitandi ratio sic fulticia, non obstante, defendenda est praefatus assertio, pro cuius illustratione praemittendum primo est, Populum Dei tam ad regimen Reipublicae temporariae, quam ad affectionem aeternae salutis, si nemque supernaturalem peculiare jus, privataque statuta habuisse ab ipso Deo data, & lata per Moysen, ut supra retuli in apparatu. Hoc jus Hebraici populi jus civile Hebraeorum appellavit Philo Judaeus in l. de Josepho, sive de voto civili; sic enim illi genti datum est, ut alteri minime conveniret, nisi in quantum de lege aeterna, naturalique participabat, ut communiter Theologi docent cum D. Th. 1. 2. q. 98. & sequenti, & tunc non obligabat gentes ob vinculum legis Moisaicae, sed propter dictamen juris naturalis, & quatuorque, cui omnes homines debent obe-

dire ex vi praecipii naturae, juxta illud ad Rom. c. 2. Cuiusque legem non habent, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt. Ex quo apparet, Hebraicum populum selectiorum fuisse Deo ceteris gentibus, utpote qui selectus fuit ut ipsi Incarnationis Filii sui secreta panderet; & a quo humanam carnem susciperet: quare ipsum deicit perfectio, & sanctitudo, juxta illud Deut. c. 18. Perfectus eris, & absque macula coram Domino Deo tuo. Illustrat, qui ignoravit nil, D. Joseph de Retes 1. 5. epist. c. 1. Nec existimandum est, deteriorum fuisse conditionem populi Hebraici, quam ceterarum nationum: multitudine ergo praecipuum, quamvis libertatem operandi admississet, libertatem tamen circa bene operandum minime minuit, juxta illud D. Pauli ad Galatas c. 3. Itaque lex paedagogus vester fuit in Christo. Unde cum Deum optimum maximum paedagogum habere meruissent, merito gloriantur Deuter. c. 4. Quae est alia gens sic incluta, ut habeat caeremonias, iustitias iudicia. Univerfus igitur orbis praeter Judaicum populum in lege naturali per medium gratiam Dei salvabatur: quod si ex gentibus esset, qui in religione, populumque Judaicum transire vellet, circumfisionem ad illam legem admittetur, fiebatque Prophyetis, juxta cautiones, & caeremonias textus in e. 12. Exodi, quae explicant Josuatus, Liranus, & reliqui PP. per quod ad universae legis Judaicae observantiam obligabant una cum circumfisione, alioquin profecti non proficiebant ad salutem, juxta testimonium Pauli ad Gal. c. 5. ibi: Testificor omni homini circumfisionem se, & quoniam debitor universae legis faciendo. Quae ideo diximus, ut femel moneamus, ad observantiam legis idem sententiam esse de Prophyetis, ac de propriis Judaicis, quibus peculiariter lex data fuit. De quibus curiosus Grotius l. 2. de iure belli, c. 1. §. 16.

Reipublica autem forma ex praecipuo legitur, quibus fundatur, delinenda est: quare Arist. 1. 2. Polit. per tot. Plato in libris de legib. & de Repub. Cicero in fragm. de Repub. itidem in l. de leg. Plutarch. in l. de Rep. & alii veteres de eodem instituto scriptores, a legibus denominationem rerum publicarum faciunt. Aliae quippe leges Regno feruntur, aliae Aristocratiae, aliae Reip. aut multitudinis iusto imperio accommodantur. Ex quibus de forma regiminis Hebraici populi facile censeferi posset, si pateret nostrum institutum. Mifiam tamen facimus hanc investigationem, quam post sacros Scriptores expresso instituerunt Carolus Sigonius, Petrus Caneus, P. Steph. Menoch. in libris, quos de repub. Hebraeor. scriperunt, inscripseruntque, apud quos legi possunt obligationes, munia, successio, redditus, & stipendia Sacerdotii Hebraici, simulque Legistarum ministeria: item sacrificia, holocausta, victimae, sanctificationes, festivitates, & reliqua, quae illi legi conveniebant, erantque propria illius Sacerdotii, de quibus non pauca in toto hoc opere libabimus in suis titulis.

Sed ut de lege Hebraica, quae necessaria fuit, breviter dicernamus, notandum est cum D. Th. 1. 2. q. 99. per tot. quod licet homines alliceret ad cultum Dei per terrorem reprobationem; tamen principibus intentionem habuisse ad infundendum amorem erga Deum, bonoque faciendos cultores per fidem, & charitatem, spemque in Deo repositam, juxta illud ad Rom. c. 13. Si quod est aliud mandatum, in hoc verbo insinuat. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Et 1. ad Timoth. c. 1. Finis praecipii charitas. Itaque tota compactus mandatorum moralium ad Deum & proximum cum debita ordinatione referebatur. Caeremonialia vero Christum venturum praedicabant, qui erat ultimus finis, quem intendit lex populi Hebraici. Petavius r. 1. dogm. theol. l. 10. c. 224 & disponere, & preparare populum ad Christi adventum, c. spirituali, §. hinc, §. dist. c. unico, §. unde de sacra univ. D. Ambrosii l. 1. de officiis, c. 18. unde lex illa data fuit habita relatione ad Christum venturum, unde ait Apost. 1. ad Cor. c. 10. Omnia in figura illis continebantur. Quare praecpta caeremonialia praefigurativa erant, & instituta ad alia praefigurandum. D. Th. 1. 2. q. 102. ar. 2. Azor. l. 6. inf. mor. c. 3. Suarez l. 9. de legib. c. 3. Sed per judicialia, & leges politicas quies, tranquillitas, & pax illi populo quaesita fuit, ut mores eorum, & naturalis inclinatio regionis ferebant. Inde deducitur aliud fuisse intentum, aliud praecipuum tendens ad consequendum intentum: intentum enim supernaturalis fuit iustificatio populum, ipsi quoque ad unigenitum Dei suscipiendum praeparatio: praecipuum vero fuit multiplex, prout concedebat Remp. a Deo institutum, sacrificae & politicae documentis ordinatum. Quae omnia percurrere cum opere, aut facultatis nostrae non sit, (breviter retulit Beyerlichin r. 2. in char. vitz hinc, verb. Caerem. & r. 4. verb. Lex) ad classes tamen cum eodem D. Th. ubi nuper breviter deducemus. Quaedam enim praecpta moralia sunt, quaedam judicialia, quaedam caeremonialia. Moralia dicuntur a moribus, quia per illa mores reformantur, & homo reducitur ad operandum secundum rectum dictamen rationis; judicialia sunt, quae ad leges, iudicia & administrationem iustitiae in civilibus, & criminalibus spectant, & optimum Reipublicae regimen, veluti ad Principem, ad Magistratus, aliove Judices, ad servos, ad cives, ad peregrinos, ad successiones, contractus & similia, de quibus Seldenus de legib. Hebraeor. Petr. de Caneus, & Pat. Menoch. Caeremonialia tandem, quae determinant ritus, modos, caeremonias, quibus debent fieri sacris operandum sit, ne alioquin si pro libito hominibus liceret Deum invocare, placare, rogare, privato quodam cultu, & pro uniuscuiusque libito, superfluo ingruere pro religione, ut Gentiles ipsi viderunt apud Cicero. l. 1. de legib. quam partem illustravit Anton. Clarus Silvius ad leges Regiae c. 1. multis adductis sacris, profanisque testimoniis, quos adversus Novatores huius saeculi rem adstruunt. Ad caeremonialia pertinentibant sacrificia, quae multiplici genere hostiarum fiebant; dies

9 De eadem lege.

10 De fine ipsius legis.

11 Dicitur tur quaedam infantia.

dies festi, in Sabbati Gen. c. 2. Pascher, Levit. c. 23. Neomenia, c. 10. Xvni. Arzorum, Levit. c. 23. Pentecostes, Levit. c. 23. Tubaram, Levit. c. 23. & alia quae refert Azor. p. 1. inf. l. 6. c. 39.

Sed videtur dicendum, moralia praecpta minime necessario data fuisse populo Hebraico, cum legislatio hac in tempore fuerit quingentesimo Abrahamo annis; sed praecpta haec homini ipsi ab initio indita esse per Deum, ut disputat Seren. Abbas apud Cassian. collat. 8. c. 23. ex illis verbis: Nam quia sic homini omnis scientia legis ab initio creantibus infusa, hinc manifeste probatur, quod mandata legis absque litterae lectione ante legem, imo ante diluvium omnes Sapientis observasse cognoscimus, &c. Quod multis exemplis illustrat a sacra Scriptura petitis, & cum aliis Patribus confirmat Alard. Gazens in notis ad eundem: ergo sine necessitate inculcata fuerunt Hebraico populo praedicta praecpta moralia. Verum enim vero, cum per consuetudinem peccandi universis fere orbis obsecutus viveret, amississetque recta rationis dictamen, necesse fuit, ut Auctor naturae Deus tamquam supremus Legislator, & Doctor iningeret, & exponeret populo suo, a quo universae gentes mutarentur, quid esset iustum naturaliter, & ad quid homo teneretur ex lege ipsa naturali, quod fecit e. 20. Exodi; & hanc causam repetit praecpta moralia praebit D. Th. dist. q. 98. ar. 4. §. 6. & q. 99. ar. 2. & q. 130. ar. 1. & satis copiose Cassian. d. collat. 8. c. 23. not. Grat. in princ. 4. distinctionis. Aliquid vero divini auctoritatis, respectu populi Hebraici praecpta moralia ex promulgatione Dei; nec enim negari potest, illi populo non solum naturalia fuisse, fed etiam divina positiva, quia a Deo nedum tamquam Doctore, fed etiam tamquam Legislatore lata fuerunt. Sed translato sacerdotio, & lege, cessavit quidquid de maiore religione acceptum respectu populi illius, retinebantque; ut semper retinet, absolutum vim ex ratione naturalia, quae in mente divina existit, ut docent Jacobus Jordanus r. 1. Theol. moral. l. 2. q. 7. c. 2. ex n. 4. P. Gran. in 2. contro. 7. de legib. et. 4. dist. §. scilicet 2. ex n. 12. Franc. Valens d. q. 4. ad sit. de consil. scilicet 6. n. 3. Quo in sensu communiter dicitur, haec moralia praecpta non cessare per adventum Christi, & legem gratiae; fed viva, & vivificativa permansisse. Quod de obligatione naturali, quae divina in mente divina est, intelligendum est, non de superaddita qualitate iuris positivi divini, respectu populi Hebraici, ut cum hoc moderamine accipiatur commanem doctrinam apud Tiraquell. in praefati ad l. raris. Covarr. l. 1. variar. c. 17. ex n. 2. qui plurimos veteres adducunt, & ex neotericis non pauciores modernis Additionem Covarr. a quorum recensione abstinere.

12 De praecipuis judicialibus.

Sequitur ut de caeremonialibus dispiciamus, quae ad virtutem religionis, & cultum Dei referuntur: cum vero rituum quo Deus decenter placandus sit, ab ipsa ratione naturalis non dicitur, necessaria est aliquid peccalium, & privata determinatione ab habente potestatem; haec Ecclesia sine permisso Christus Dominus propter abundantiam gratiae, quae spontanea exornavit, populo vero Judaico permittere noluit, tamquam rudi, & carnali, & quem cernebat in idololatris, & superstitionem proum; fed ipse curam fecit inaccessibilem quorumcumque, sub interminatione, quae extat in c. 5. §. 8. Deuter. Caeremoniae docebant cultum & decantiam tractandi sacra; simul tamen manducebant populum per ritus sacrificiorum, festivitatum, vestimentorum, & similia, ad veritatem cognoscendam, & sperandum Christum esse venturum, ut post D. Th. docent praecitari Auctores, maxime Soto d. l. 3. q. 3. ar. 2. cum seqq. Quare ex caeremoniis, quaedam tantum erant religiofa, quaedam religiofa simul & typicae, sive praefigurativae venturae veritatis, veluti purificatio post partum, quae tantum ad decantiam templi spectabat, & ad partem naturalem feminae, quae in templum erat ingressura, sine ulla representatione Christi venturi per se; & converso Paschali observatio, sacrificia & holocausta, aliaque quae plurimum figuram praeferebant venturae veritatis. Ille caeremoniae ab Ecclesia suscipiari ponuntur, ut vidimus suscipiari in c. 1. de purific. post part. ubi dicimus; istae vero non tantum mortuae sunt, sed & mortiferae: nec ulla proflus lege ecclesiastica, aut seculari possunt ad usum reduci, quia conjungeretur umbra cum sole, Synagoga cum Ecclesia, & Christiani sic Deum colentes, iudaizarent. D. Th. q. 104. Franc. post relatos. l. 1. c. 1. cat. mor. l. 4. q. 27. ar. 8. & seq. Valens in concordia juris Pontificii, ad rituum de consil. q. 4. scilicet 8. per tot. maxime n. 12. aliis relatis, quibus parcimus. Non est opus in praefati disquirere de controversia exorta inter Paulum, Petrumque super observatione legalium, quae extat in epist. ad Gal. c. 2. quam postea suscipiari Hieron. & August. Augustinonque accedens D. Th. 1. 2. q. 103. ar. 4. & Recentiores, Suarez l. 9. de leg. c. 16. n. 4. Salas cod. tr. l. 14. dist. 23. Vafq. in 1. 2. dist. 183. c. 2. n. 9. Franciscus Valens ubi praef. scilicet 9. Tapia d. l. 4. q. 27. ar. 5. Illud tamen in re praesenti praetermittere non licet, in Conc. Jerolim. relato Ad. Apost. c. 15. in iunctum fuisse Gentibus conversis, sive ad Ecclesiam venientibus, ut abstinerent a fornicatione, idolothyro, sanguine & suffocato, a quo Iudaei abstinerebant a tempore Noemi Gen. c. 9. Quae pars videtur ad praecpta caeremonialia veteris legis pertinuisse, & nihilominus tam in praedicto Concil. Jerolym. quam in aliis canonibus, quos retuli in apparatu ad haec commentaria, cernimus suscipiari: igitur quia praecpta caeremonialia veteris legis non cessant. Pro cuius difficultatis solutione dicendum est, praecipuum hoc de abstinendo a sanguine & suffocato, quomvis Iudaei datum, seu repositum sit Levitic. c. 17. pro qua parte sanguinem & suffocatum edere prohibebat,

tratu; n. 7. nisi quadam leges tam peculiare datae fuissent illi populo propter duritiam cordis eorum, ut pro tempore acquirere habuissent a Deo participatam, quae in statu Ecclesiae a nullo Principe possent suscipari, quia a supremo Legislatore gratia reprobata sunt: veluti lex, quae iubet oculum pro oculo, & dentem pro dente, Exodi c. 21. Deuter. c. 19. quae reprobata est per Christum Matth. c. 5. Item lex repudiij, de qua in Deut. c. 24. abrogata est eodem c. 5. Matth. c. 9. & Marci c. 10. & Luc. c. 16. quas nempe Christianis iuste & ex charitate poterit suscipere, nec praecipive, nec permissive. Docent Grotius d. §. 17. Tiraq. ind. praefat. n. 10.

Ex quo multi sibi persuaserunt, non omnes leges populo Judaico datas, a Deo ipso immediate latas fuisse, fed praeter decem praecpta, & principales sanctiores, reliquas leges judiciales, & caeremoniales latas fuisse a Moysse spiritu divino afflato; quam opinionem sustinuit olim Marfil. Ficinus in l. de relig. Christi c. 34. Paul. Ricus in l. de christ. veritate, r. 2. 3. p. c. 3. in iuxta quorundam Patrum non recte foras repensis sententiis, quos secutus fuit Tiraq. in d. praefat. n. 8. & doctissimus Alphonus Salmeron. in Acta Apollodoro, r. 61. & seq. quem tamen excusare intendit Valens infra referendus, & de libello repudiij agens Primarius Scholae nostrae doctissimus Canus l. 2. de locis, c. 16. Ceterum haec sententia communiter improbat, ut omnes leges Hebraicae fuisse eodemque contextu, & scriptura continentur, & tamquam ab uno, eodemque Legislatore datae accipiuntur: quare omnes respectu illius populi leges divinae positive fuerant, indispensabiliterque obligantes usque ad ultimum apicem, aut jota, tamquam a divina providentia provenientes; at leges, quae darentur per Moysen, humanae positive forent, non adeo adstrictae, & indispensabiles obligantes: ergo fieri non potest praedicta Legislatorum distinctio; facillime dicitur, leges illas providentia divina accommodatas fuisse illi populo, gentisque genio & inclinationi pro statu Synagoga, antequam abundaret gratia; non tamquam perpetuo valituras, sed pro tempore. Quae communio sententiae est, quam sequuntur Barthol. a Medina in 1. 2. D. Th. q. 98. ar. 2. Gabriel Vafq. ar. etiam 2. Greg. de Valent. dist. 7. q. 7. par. 1. probat. 1. Greg. Martin. d. q. 98. ar. 2. d. dubio singulari, Raphael Averfa q. 1. Eximius Pat. Franc. Suar. de legib. l. 9. c. 2. Joannes de Salas cod. tr. dist. 22. ex n. 11. maxime n. 14. Joann. Arboreus l. 10. Theosophia, c. 9. Bellarm. l. 1. de verbo Dei scripto, c. 5. Jacob. Gordon. r. 1. Theol. moral. l. 2. q. 7. c. 2. ex n. 4. Maldonat. in Evangelium Matthaei, c. 19. Franciscus Valens in concordia, §. de consil. q. 4. scilicet 4.

13 De iudicio Praecipii.

14 De Moyses Legislatore.

proferat. Si quis Dominicum dicit, aut Sabbatum, pro exceptis...
 Notandum est, quod in hac inscriptione mendum reperitur, ac
 in textu antecedenti; nam cum deductus sit ex glossa
 ordinata ad epist. Pauli ad Roman. c. 7. tribuitur D. Augu-
 stino, quod quibusdam verbis non reperitur, licet alia non
 dissimilia legantur in eius operibus. *De v. contra Paulum*,
 c. 8. ubi: *Exo. lex semper est bona, sine obli. iniquis gratia, si-
 ca proli. plebi gratia, semper est bona. Et tom. 7. de perfectio-
 ne iusticia, cap. 5. rationem. 11. ubi ait: Et nota generalis tra-
 dibitio est. Non concupiscit, et generalis iustitia. Dilige. In glo-
 sa ordinaria reperitur preterea textus, et etiam apud Anto-
 nium Aug. in 1. collect. c. 7.*

a *Concupiscitiam*. Hic verba sunt D. Pauli ad Roman.
 c. 7. ubi agit de exaltanda lege veteris, tum c. 3. s. 6. Et
 7. docuit, quod ubi subintravit lex, superabundavit de-
 lectum; et quod per gratia legem liberati sunt ab illi lege,
 respiciunt futuros hereticos, qui legem veterem acculare,
 & damnare poterant, doctrinam suam exponens, & adver-
 sus hereticos promanens, avertit legem veterem non solum
 malam, & reprehensibilem non esse, verum etiam bonam, si-
 cet non perfectam, quod non contendit ex eo, quia non fo-
 ram lex veteris magistra peccati non fuit, verum eius accusa-
 trix. Unde ait Apostolus, *Concupiscitiam nesciebam esse pecca-
 tum, nisi lex diceret: Non concupiscis*. Expresse enim concu-
 piscitiam lex veteris prohibuit *Exod. c. 20.* & in nono Deca-
 logo precepto.

c *Hoc enim*.) Licet apud Patres relictos a Cornelio a La-
 pide in libro c. 7. ad Roman. satis sit controversum, quidno-
 mine concupiscitiam in eo textu comprehendant, tamen D.
 Augustinus ex quo sumpta glossa ordinata verba nostri textus
 (licet inter eius opera non reperiantur) exitimavit nomen
 concupiscitiam, eam concupiscitiam designari, quae est ge-
 neralis peccatum, unde dicitur: *Hoc enim elegit Apostolus ge-
 neralis peccatum, unde dicitur: Non concupiscis*. Quia est ergo lex que
 dicitur hoc prohibet, omnia mala prohibet. *Rom. c. 7. ubi
 dicitur: Non concupiscis, et generalis iustitia. Dilige*. In glo-
 sa ordinaria reperitur preterea textus, et etiam apud Anto-
 nium Aug. in 1. collect. c. 7.

G A P U T I V.

a Idem super Epistolam ad Romanos.

Nam b concupiscitiam nesciebam, & cetera: hoc enim elegit Apostolus generale, unde omnia mala oriun-
 tur. Bona est ergo lex, quae dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.

N O T A E.

a *Senonensis*.) Ita etiam legitur in 2.6. eodem titulo, in 1.
 collectione. Priora verba, videlicet, *Ne iniuriarum pru-
 dentia tua*, sunt *Senonensis* c. 3. *Proverborum*, & in illis uti-
 tur Concilium Trident. *sess. 4. ibi: Invenit prudentia tua*. Quae
 sequuntur, sunt Divi Hieronymi, ut constat ex Glossa ordi-
 naria in *dist. c. 3. ubi* reperiuntur verba, quae sequuntur. Ex
 hoc tit.

b *Senonensis*.) Ita etiam legitur in 2.6. eodem titulo, in 1.
 collectione. Priora verba, videlicet, *Ne iniuriarum pru-
 dentia tua*, sunt *Senonensis* c. 3. *Proverborum*, & in illis uti-
 tur Concilium Trident. *sess. 4. ibi: Invenit prudentia tua*. Quae
 sequuntur, sunt Divi Hieronymi, ut constat ex Glossa ordi-
 naria in *dist. c. 3. ubi* reperiuntur verba, quae sequuntur. Ex
 hoc tit.

C O M M E N T A R I U M.

Sed huic Augustini sententiae obviare videntur duo princi-
 pia. Primum, quod lex veteris non prohibet generaliter
 concupiscitiam, sed concupiscitiam rei proximi. *Exod. c.
 20. ubi: Non concupiscis rem proximi tui*. Ergo non fuit gene-
 ralis preceptum, ut D. Aug. docuit. Secundum, non ex
 concupiscitiam, tanquam ex radice, omnia mala oriuntur,
 sed ex superbia, iuxta illud *Ecl. 10. Invenit omnis peccati est
 superbia*. Ergo non recte elegit Apostolus preceptum non-con-
 cupiscendi, cum potius exemplam superbiae, ut magis gene-
 rale, eligeret deberet. Sed adhuc asserendum est, recte D.

xi. Pro huius textus interpretatione sciendum est, temporibus
 Agathois, & Constantini fuisse Constantiopolim. Extant
 Synodus celebrata contra Sergium, Cyrum, Monothelitas,
 & tunc nullos fuisse editos canones, postea tamen temporibus
 Justiniani Imperatoris statutos fuisse can. 102. qui ut ap-
 ocripsi observant non sunt in illis rebas, quae repugnant
 discipline Ecclesiasticae, ut probabimus in cap. a multis, de
 exco. Et qualis, unde canonem illum auctoritate carere de-
 bent Durian, pro canonibus dictae Synodi. Mendoza l. 3.
*Constit. lib. c. 52. Bellarmus in disto. cap. 55. qui etiam ex-
 ponunt canonem sextam Synodus, 16. dist. qui falso tribuitur
 Adriano Pontifici, cum sit Tharajj Patriarchae Constantino-
 politani.*

Hic sic animadvertis, omnia solutione eorum, qui existi-
 marunt canonem illum non esse Apostolorum, ut in eius no-
 tis docuerat Severinus Rinius, & Coriolanus, Bellarm. l. 3.
contra l. 3. de bonis operibus, c. 8. Baronius anno 102. n. 15.
 dicendum est, temporibus Apostolorum Sabbatis jejunare non
 licere, imo ut festiva Sabbata a fidelibus coli, quia cum
 Evangelium predicare crepissent, noluerunt statim omnes Iu-
 daicum caeremonias expiare, ut de precepto abstinere a
 sanguine, & suffocato in apparatu late notavi. Titur cum
 Apostoli non auderent Sabbati custodiam statim prohibere;
 eam tolerarunt, ut pro ipsius canonis expositione observavit
 Albaspinus tibi proxime. Etiam expendi potest Concil. Jero-
 solym. 3. in precepto de sanguine & suffocato, iunctis tra-
 ditis in apparatu.

22
 Vera in-
 terpre-
 tatio pra-
 di. Cano-
 ni.

a Hieronymus in Parabolis.

Ne iniuriarum prudentia tua. Prudentia fuit inicitur, qui ea quae sibi agenda, vel dicenda videntur, Patrum de-
 cretis proponit.

N O T A E.

a *Senonensis*.) Ita etiam legitur in 2.6. eodem titulo, in 1.
 collectione. Priora verba, videlicet, *Ne iniuriarum pru-
 dentia tua*, sunt *Senonensis* c. 3. *Proverborum*, & in illis uti-
 tur Concilium Trident. *sess. 4. ibi: Invenit prudentia tua*. Quae
 sequuntur, sunt Divi Hieronymi, ut constat ex Glossa ordi-
 naria in *dist. c. 3. ubi* reperiuntur verba, quae sequuntur. Ex
 hoc tit.

illis deducant communitur Doctores, constitutiones Decreto-
 rum opinionibus singularum hominum esse preferendas: quod
 etiam probatur ex cap. relatum, 37. cap. 1. *dist. cap. sunt*
nonnulli 16. quast. 1. cap. cum Apostolica, & de his qui sunt a
Prelatis; & neminem proprio arbitrio niti, sed secundum
 canonum statuta iudicare debere, docent Petrus Grego-
 rius, & Urbanus in praesent. & nos diximus in *capitul. 1.*
hoc tit.

G A P U T V I.

Innocent. III. a Senonensi Archiepiscopo, & Episcopo b Trecenti.

Cum omnes unum e corpus simus in Christo, singuli autem alter alterius membra, non debent majores mino-
 ribus, aut d. seniores junioribus invadere, si omnes qui in Ecclesia Domino famulantur, pari gaudeant li-
 bertate; cum pondus, & pondus; mensura, & mensura, utrumque abominabile sit apud Deum: & evangelicus pa-
 terfamilias pari mercede primos vineae suae operarios remuneraverit, & extremos. Verum ad audientiam Apostolorum
 nostri pervenit, quod dilecti filii Trecenti Canonici propriis inhiantes commodis, & aliorum profectibus invadentes,
 novum fecerunt in Trecenti Ecclesia e constitutum, ut eis tam in praesentia sua, quam absentia reditus suos
 ex integro perciperent, qui in eadem Ecclesia post illam institutionem fuerant, vel de cetero fuerint instituti, redi-
 tus ex ea in absentia non percipiant, sed tunc solum, cum in ea fuerint residentes; cum secundum Trecenti
 Ecclesiae consuetudinem omnes in hoc consueverint esse pares. Statuerunt etiam, ut cum singulis praebendis annexae
 sunt vineae, ipsis suas dam vixerint possidentibus, vineae decedentium ad h. successores non transeant, sed pro-
 ventus earum inter singulos dividantur: Cum igitur, quod i quibusque juris in alterum statuit, ipse debeat uti eod-
 dem; & Sapienter dicitur auctoritas: Patere legem, quam k tuleris; Fraternitati vestrae per Apostolica scripta manda-
 mus, quatenus antiquos Canonicos junioribus, & juniores in perceptione fructuum, tam praebendarum quam vinea-
 rum coequis antiquis, i secundum priorem consuetudinem, usque ad tempus praedictae institutionis servatam, vel
 secundum rationabilem institutionem deinceps observandam: illos per distractionem ecclesiasticam percipientes, si
 quid duxerint retinendum. Nullis literis, &c. Harum tenore, &c. Quod si ambo, &c. alter vestrum, &c.

N O T A E.

a *Senonensis*.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub
 hoc tit. c. 1. & in iplo regilo epistolatum Innocentii
 III. edito Coloniae anno 1543. correcto a Cardinali Guliel-
 mo Sirleto l. 1. pag. 89. ex quo litteram hujus textus resti-
 tuit. Senonensis civitas Metropolis est Galliae, cuius memine-
 runt Caesar l. 6. c. 7. Ptolomaeus l. 2. c. 8. Ipsa civitas Se-
 nonum fita est ad Vennam in Jonam influentem, cujus origi-
 nem & conditores referunt fratres Sarmatani l. 1. *Gallia Chri-
 stiana* fol. 13. Habet Ecclesiam Cathedralen D. Stephano di-
 cantam, quam nobilem, appellat S. Bernardus epist. 202. jam a
 temporibus Apostolorum, siquidem B. Paulus S. Salvianum in
 ea primum Praefulem instituit, ut refert Baronius anno 69. In-
 ter Praefules hujus Ecclesiae, & Metropolitum Lugdunenlem
 vetus fuit de Primatu controversia, cuius meminit Ivo Carno-
 nensis epist. 18. c. 6. Plura de hac Metropoli congregavit
 Franciscus Hallier, de *hierarch. jurish.* l. 4. p. 6. fol. 368. Chenu-
 tui in *Chronol. Galliae*, fol. 164. in praesentem describit Innoc.
 Petrus de Gorbet Archiepiscopus ipsius Ecclesiae, qui postquam
 Parisiis claruisset in Theologiae professione, quare Iann. ipse
 l. 1. epist. 198. e. ejus discipulum gloriatur huius verbis: *De cu-
 jus litterarum, & scientia in longinquis et remotis partibus pre-
 dicator, sub cuius magisterio non aliquando fuisse in memoriam redu-
 citur, sed ab eo divinarum auctoritate paginam Scripturarum, quod
 volumus reputare gloriosum, inde electus fuit Episcopus Senonen-
 sis, & anno 1101. translatus ad Ecclesiam Senonensem,*
*cujus postulatio approbata fuit ab Innocentio in c. 1. de po-
 stular. Praeclaro. De eo egerunt S. Antonius in c. 17. c. 1. Tho-
 mas Cantipratanensis l. 1. c. 51. c. 75. Sixtus Senensis lib. 4.
 Cines. Constitutiones quae edidit, quarum fragmentum ex-
 tat ad finem Concilii Lateranensis IV. c. 8. Conciliorum.*

2
 Trecenti
 urbis fut.

b *Trecenti*.) Trecenti, seu Tricassini, vel Augusti Tricaf-
 sinorum, nobilis urbs est Galliae, amplissimi Comitatus ca-
 put, mercaturae in primis deducta, cujus Ecclesia Suffraganea
 est Archiepiscopi Senonensis, a qua Metropoli abest ultra tre-
 decim millia passuum Gallicorum, ut refert Petrus Pitheus
 in eius *historia*, Nicolaus Camuzat in *promp. antiqu.* *Tricassin.*
fratres Sarmatani l. 2. Gallia Christiana, fol. 1075. Garnero de
*Tram. ejus Ecclesiae Praefulei ex anno 1193. usque ad an-
 num 1205. describit in praesent. Innoc. & Ecclesiae Trecenti
 etiam mentio extat in c. olim 32. de officio delegati, c. dilecti
 35. de appellat.*

c *Corpus simus*.) Verba sunt D. Pauli 1. ad Cor. c. tran-
 scripta in c. querit, de consecrat. *dist. 4. c. 2. de Summa Tri-
 nitatis.*

d *Seniores*.) Qui in Ecclesia dicantur seniores, exponant in
 c. 1. de consibus.

e *Constitutum*.) Certum est, Capitulum non solum Sede
 vacante, verum & superite Episcopo posse statuta nova con-
 dere, c. cum accessissent, c. ex litteris, c. ex parte, hoc titulo
 c. consuetudine, de rescript. c. cum Ecclesiae, de elec. c. cum dilectus,
 de clericis non resid. c. 1. de consuet. l. 6. cap. 2. de us. l. 6. P.
 Suar. de legib. l. 4. c. 6. n. 14. Nec constitutum in cap. cum

consuetudinis, de consuet. c. nobis, de his qui sunt a Prelatis,
 ubi asseritur, Episcopi consensum desiderari in statutis faci-
 endis, quia Capitalium per se non habet potestatem legisla-
 tivam, praecipue cum Capitalium aliquid statuit circa cultum
 divinum, ut est refidere, vel non, c. ex parte, el. 2. de res-
 script. cap. fin. eod. tit. l. 6. ergo Canonici Ecclesiae Trecenti
 statutum, de quo in praesentem textu agitur, facere non poter-
 rant irrequisto Episcopo. Quia difficultate oppressi aliqui ex
 repetentibus in praesentem, docuerunt hoc in calu consensum E-
 piscopi praecessisse: ita Beronius n. 26. Decius n. 2. Franc. Va-
 lens in *concord. juris*, in *pref. n. 10.* quibus fere consentiunt Inno-
 centius, & Holtienfis qui affirmant Innocentium ideo irrita-
 re praesentem statutum Ecclesiae Trecenti, quia sine consensu E-
 piscopi factum fuerat. Verum haec solutio omnia dicendum
 est, Capitulum sine Episcopi consensu posse statuta facere circa
 res spectantes ad regimen proprium politicum, sine econo-
 mico; non vero circa eas res, quae sine jurisdictione dispo-
 ni nequeunt. Fatendum etiam est, super refidendo, ut pro-
 te super re gravi, non posse Capitulum statutum facere, cu-
 jus ratione abentes beneficiorum fructus percipiant. Garcia
 de *benef. 3. p. c. 2. Hurt. c. 1. de residuis. res. 6. per tot.* in
 praesentem casu statutum super refidendo validum esset,
 si ex aliquo capite non vitaretur, quia statutum hoc Capitu-
 lum fecerat in confirmationem juris communis, videlicet ut
 Canonici deinceps instituti tenebantur residere, non obstan-
 te antiqua consuetudine in ipsa Ecclesia praescripta, alioquin
 fructus suarum praebendarum non lucrarentur; tunc enim vali-
 dum est tale statutum etiam Episcopo inconsulto, quia que-
 libet res de facili revertitur ad suam naturam, l. si numer. §.
factus, ff. de factis. Docuerunt in praesentem Beronius num. 39.
 Franciscus Valens n. 8. quae solutio illustrari potest exemplis
 deductis ex c. ab exordio, 35. *dist. c. statutus, de translat. c.*
cum Apostolica, de his qui sunt a Prelatis, c. ad audientiam, de
Clericis non residens. Cum ergo in praesentem casu Canonici Tre-
 centi intenderent statutum facere juxta jus commune, ex eo
 quod Episcopo inconsulto illud contulerunt; invalidum non e-
 rat: quo modo etiam accipiendi, & intelligendi sunt textus
 in c. cum dilectus, de clericis non resid. c. cum consuetudinis, de
 consuetudine.

f *Consuetudinem*.) Quamvis tamen fuisset haec consuetudo,
 classici repetentes in praesentem merito examinant, cum ex ejus
 cognitione non modicum lucem praesentem Decretalis accipiat.
 Aliqui putarunt consuetudinem hanc fuisse juri communi consen-
 sonantem, videlicet quod omnes Canonici ipsius Ecclesiae ab-
 sentes fructus suarum praebendarum non perciperent: in pri-
 mo autem statuto Canonico statuisse, ut ipsi, tam praesentes,
 quam abentes lucrarentur fructus suarum praebendarum; Cano-
 nici vero de cetero recipiendi non aliter eos acquirerent,
 quam si in ipsa Ecclesia residerent. Contrarium tamen, vi-
 delicet in Ecclesia Trecenti consuetudinem praescriptam fuisse,
 in Canonici, tam abentes, quam praesentes reditus suarum
 praebendarum perciperent, docuerunt in praesentem Panormi-
 t. Zabarella, Bellamera, Innocentius, Anania, Decius,
 Felinus, Baldus, Petretus, Enea, quos refert, & sequitur Fran-
 ca.

6
 De con-
 suetudine
 percipien-
 di fructus
 in abso-
 tia.

Franciscus Valens *um.* 7. Quorum sententia probatur ex eo, nam si confuetudo effecti iuri communi conformis, non adheret Innoc. III. Canonicos seniores coequandos esse junioribus, aut veterem consuetudinem retinendam, aut novum rationabile statutum custodiendum; hoc enim decretum supponit consuetudinem praescriptam esse exemptionem obligationis referendi; statutum vero facultatem obligationem iuri communis per similem consuetudinem praescribi posse, ut absentes per aliquid tempus fructus praebendarum percipiant, fuisse probat Th. Hurtado de responsis. part. 1. ref. 3. subref. 13. §. 1. licet circa distributiones quotidianas nulla consuetudine introduci possit, ut absentes eas lucrarent, & iura de clericis non resol. l. 6. cuius differentiae rationes varias assignavit Solva de benef. c. par. 2. n. 1. Covarr. l. 3. varior. c. 13. n. 9. Garcia de benef. 3. p. c. 2. n. 3. Rebutus in rescripto textu in e. extendenda, §. qui vero, de prob. Curios de consuet. n. 500. Ea tamen receptor videtur, quia videlicet est tam fructus praebendarum, quam distributiones quotidianae desinentur ad stipendium Canonicorum, fructus tamen deservunt mediante titulo beneficii, quo jus competit ad eos percipiendos provisione, & alimonia, eo quod servitio Ecclesiae mancipati sunt, ex e. cum secundum, de prob. c. fin. de reser. in 6. docet Navar. de heris. Canon. c. 7. n. 31. Ac prout non sequitur, fructus ipsos, inspecta primaria natura sua, & ipsorum deputatio, ob hac vel illa onera sustinenda fuisse principaliter institutos, quamvis praedicta onera veluti illi annexa finire teneantur, & legitime puniti in ipsorum fructuum privatione, vel alii penis possint, si illa non impleverint, ut ex Concilio Lateran. & Extravag. Pii V. tradit Navar. ubi proxima. Secus vero distributiones, quia tales sunt specialiter, & inspecta primaria natura, instituta fuerunt, ut actualiter divinis officiis assistentibus quotidie distribuatur: quo fit ut consuetudo in hac specie, tanquam contra naturam, seu substantiam aucti improbetur, d. e. velle, secus vero quoad alios fructus, iuxta praesentem textum.

7 *g. velle.* Praebenda enim habent fructus distinctos, & separatos, sed quia aliquando tenes sunt proventus, praedia, vel alia immobilia fructifera illis annectuntur, e. expoliti, de praebendis, Clement. 2. de rebus Ecclesiae.

8 *h. ad iudicium.* Appellat Innocentius successores Canonicos de ecceto institutos in praebendis per electionem & institutionem canonicam, non quia iure hereditario in praebendis, aut beneficiis succedatur, quomodo etiam successores accipiuntur in e. 1. de iur. c. fin. de Praeb. ceteris suis; lato enim modo illic dicitur successor aliquid, qui in locum illius pontifis, licet non sit heres, l. mentis, ff. de officio Praefecti, l. 1. ff. de officio Praefecti Aue. l. edictum, ff. de iudicis.

9 *i. quod quisque iuris.* Quod praecipuum continens summam legum & Prophetarum, expressit Christus Dominus Matth. c. 17. v. 12. his verbis: Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis: hoc est enim lex & Propheta. Et Lucae c. 6. v. 38. Facit illud Tob. c. 4. v. 16. Quod ab alio edicere tibi fieri, vnde de tu aliquando alteri feceris. Quod praecipuum in cartulis nostris Dominum scripsisse, ait D. Aug. in Ep. 171. ibi: Quaecumque manus formatoris nostris, in ipsi cordibus nostris veritas scripsit, quod tibi non vix, alteri non facit. Et hoc praecipuum esse brevitarium totius iustitiae, dixit D. Hieron. seu ut alii volunt, Paulinus episc. 14. ad Celantiam, & his verbis: Sed quasi ad compendiosum quendam commentarium illa tibi Evangelii eligenda sententiae, & inscribenda cordi tuo, quae ad istius iustitiae brevitarium ore dominico profertur: Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, hoc est vos facite illis. Et post pauca: Quoties ergo dicit ergo alium fuerit, qualem in te esse nomen, iter iustitiae derelinquis, commendat praecipuum hoc SS. Irenaeus 4. c. 1. Cyprian. l. 3. ad Quirinum, contra Iudaeos, Clemens episc. 1. Anaclaus episc. 1. c. 2. Callistus episc. 2. facit Tertull. l. 4. adversus Marcionem, c. 16. ibi: Prout de illi facere, quod ab illi mihi fieri nolum, iniquitatem, contumeliam, fraudem, & eiusmodi mala, & de hac inconscientia voluntatis & facti agunt Ebraei nondum a Deo instruiti. Hac autem verba, Quod quisque iuris, & c. sunt edicti Praetoris, quod refertur in l. 1. ff. quod quisque iuris, & eius meminerunt Consulti, in l. sed & parus 12. §. 1. ff. quod mai casus, l. 3. §. 1. ff. mandati, l. cum in eo 44. ff. de iudi. l. cum hereditas 59. ff. de administr. tue, Imperatores in l. nli. C. de iudi. §. ltr. exp. l. vasa 7. C. de rescrip. l. 1. fudorum, tit. 13. c. 1. v. Ecclesia, & l. 2. c. 33. §. 2. de cuius edicti aequitate plura tradunt Corraffus l. 4. miscell. c. 4. Diarens l. 1. d. ff. c. 49. Donellus l. 28. comment. c. 2. Barthol. Chiffus interpret. iuris c. 23. Franciscus Valens in praesenti.

10 *De auctoritate sententiarum.* Idem dicitur; inter eius enim dicta referuntur sententiae, quae in praesenti textu citantur, licet Alciatus neget praedictam sententiam Canonis esse, ex eo quod apud Romanos sententia iudicis veli sapientis, Canonis sententia dicebatur, teste Plutar. in vita M. Antonis. Ex his autem verbis illud deducitur, novum non esse, Philosophorum, aut Poetarum testimonio in Decisionibus etiam Pontificis citari, & laudari, ut etiam constat ex e. c. f. §. iurgium, de verb. sign. ubi Virg. locus adducitur: c. facta, 7. d. ff. de si quis dicit, 27. d. ff. c. Dominus, §. dicit, l. 1. §. 1. c. legimus 50. de consec. d. ff. 5. Conc. Turon. II. can. 15. ibi: Situt ait Sen. In Jure Caesareo passim id usitatum invenio, in l. non tantum §. v. ult. ff. de rerum divisi. l. septimo, ff. de stati. huius, l. proponitur, ff. de iudi. l. antiqua 3. ff. de heredi. l. fin. ff. de iur. iur. l. si pater 36. ff. solus maritum, l. legatis 55. §. de coribus, ff. de legat. 3. non facile 4. §. gradus, ff. de gradibus, l.

1. ff. de dono causa mortis, l. si uxori 13. §. 1. ad leg. Jul. de adul. l. Cicero, l. aut facta 8. §. vovimus, ff. de panis, l. 1. §. 1. de contrah. empti, l. verum 7. ff. de rebus iudicis; nam ut D. Aug. l. 2. de Civit. Dei, c. 14. ait; Veritas ubique est, Dominus nostris est, & prout ad Gentilibus, tanquam ab insiditis possessibus, in usum nostrum vindicanda est. S. Joan. Damasc. l. 4. de fide, c. 18. ait: Quod si quid, in quo utilitatis quidpiam iuris, ab exteris auctoribus sumere possimus, quominus id faciamus nihil verat. Late illustrat omni genere eruditionis clarus D. L. Ramirez de Prado in suo Scholasticum.

11 *Legislatorum parec legibus.* k. Tuleris.) Sancta & salubris sententia ab omnibus Principibus observanda, frequenter usurpata ab Alexandro Severo, referente Lampidio in eius vita, & eam refert Antonius in septem Sapientibus, his verbis: Praeae legi quisquis legem servaverit. Consonat textus in e. pro illorum 22. cum nobis, de prob. l. sed si huc, §. 1. ff. de iur. vocandi, l. lege, C. de iudi. l. 4. C. de legib. l. 1. §. 16. tit. 1. partia 1. Sen. epist. 91. Legem statum legi se subiecit. Quod praecipuum est ad inferiores Legislatores in praesenti textu referatur, tamen ad superiores Principes Legum latore spectare constat, ex l. digna vox. C. de legib. c. iustum, §. d. ff. iuris auctoritatis, & exemplis illustrant Corraffus l. 4. miscell. c. 4. Cochier l. 2. Theosori Polyb. c. 2. Mendoza in Viridario l. 8. c. 10. Marquez in Governatore Christiano, l. 2. c. 2. Anaya l. 1. obfero, c. 1. Molacius in d. l. digna vox, & Bernegger ad Tacitum, q. 35. Sorzanus emblem. 69. P. Pinto in Isiam, c. 14. not. 4. n. 23. & alii in e. 1. de prob. laud.

12 *Exponitur praesens textus.* l. vel secundum.) Quibus verbis loquitur Innocentius cum ipsis Iudicibus delegatis, non vero cum Canonicis Trecentibus, decernendo disjunctive, ut Canonicos aequales faciant, iuxta consuetudinem jam in Ecclesia praescriptam, iuxta quam etiam non residentes lucrabantur fructus statum praebendarum; vel secundum rationabile statum noviter factum coequarentur, ita ut omnes Canonici, tam seniores, quam juniores tantum residentes fructus perciperent: unde quarunt Reperentes in praesenti, an in hac alternativa electio sit Canonicozum, vel potius Iudicum, qui eos cogere possint ad observandum statum per eos factum, insuper habita possint consuetudine, vel ad servandum consuetudinem legitime praescriptam; Et Iudices ipsos electionem habere, doceantur hic Cardinalis, & Alexander de Nevo n. 12. pro quibus facit sequentia Juris principia. Primum, nam in alternativa ille habet electionem, ad quem verba alternativa dirigitur, & sicut, de iudi. l. 1. lacio 23. ff. de legat. 2. l. quicumque, C. de servis fugitivis: probat Medera animad. Jur. c. 23. nu. 4. Sed in praesenti Innocentius loquitur cum ipsis Iudicibus: igitur ipsis competit electio. Secundo, nam Iudices delegati per sententiam procedere debebant contra Canonicos, sed sententia alternativa ferri non potest, cum certum debeat continere, l. in sententis 59. ff. de re iudicata, l. remota, c. vlt. de sententis & inter. §. curare, & infra, de a. d. huius; ergo non poterat Iudices delegati in praesenti casu alternativa pronuntiare sententiam contra Canonicos. Tertio, nam Innocentius suam adducit sententiam, utique dicto Praetori, quod quisque iuris, sed iuxta illud, qui jus novam statuit tenetur illo praescribi uti; ergo Canonici Trecentales, qui novum statum fecerant, tenebantur illud observare. Sed his fundamentis non obstantibus, verius est in praesenti casu Canonicos posse vel antiquam consuetudinem conservare, vel novum statum amplectentes, seniores junioribus coequare, ut probat Franciscus Valens in praesenti, §. 2. Ex hac sententia valde consona est mentis Innoc. III. qui tantum intendit coequare seniores junioribus: quae exequutio duobus modis contingere poterat, vel si juniores consuetudine praescripta de percipiendis fructibus in absentia uterentur, vel si seniores Canonici velint novum statum, quod pro junioribus fecerant, observare: unde vere electio in praesenti casu Canonicis competebar: Nec tunc obstant fundamenta contrariae sententiae. Non primum, nam principium in eo adducum non procedit; quando verba alternativa privatam partis utilitatem concernant, quia tunc non iudici, sed parti competit electio. Abbas in e. proat, nu. 22. de dolo & contum. Anton. de Burgos in e. Passorali, nu. 54. de reser. Sed praesens Decretalis alternativa privatam partis, hoc est Canonicozum, utilitatem respiciebat: ergo est verba dirigentur Iudicibus delegatis, tamen electio Canonicis competebar. Unde concludit Abbas ubi sup. quod quando plura remedia a Jure introducebantur alternativa, licet verba non dirivantur in partem, sed ad iudicem, nihilominus ex quo respiciunt utilitatem privatam, electio non datur iudici, sed parti, quo modo etiam intelligendum est textus in e. per vestras, de donat. inter. & iuncto Scipione Gentili l. 4. de donat. inter. c. 23. Nec obstant secundum contrariae sententiae fundamentum: nam Iudices curare debent in quantum possunt, certam sententiam proferre: sed si natura rei non patiat, vel certam sententiam non admittat, est sententiam certam non proferant, sententia vires habet, ut cum iudex condemnat aliquem, qui alternative promittit Stichum, aut Pamphilum non potest specificè dammare ut solvat Pamphilum, sed tantum unum, aut alium: ita etiam in iudicio noxali iudex debet dammare dominum servum, qui noxam dedit, ut dampnum solvat, vel servum tradat, l. 1. per tot. ff. de noxal. l. miles 61. §. 1. de re iudicata. Unde cum natura negotii, de quo in praesenti textu, non admittat certam sententiam, ideo iudices delegati valde sub alternativa eam proferre poterant: Nec obstant ultimum fundamentum.

damentum, nam illud procedit, quando jus ab aliquo statutum, valide conditum fuit: at in praesenti casu statutum conditum a Canonicis Trecentibus nullum fuit, ex rationibus supra adductis; unde praesens Canonici non cogantur eo uti.

COMMENTARIUM.

13 *Conclusio probatur.* **E**X hoc textu sequens communitur deducitur assertio: Statutum factum a Canonicis inaequalitatem continens respectu praebendarum praebendarum, invalidum est. Probant cum textus in e. cum M, hoc tit. c. cognovimus, l. 2. q. 2. c. fin. de major. & obed. c. cum in tua 30. de decimis, c. novit, de his qui sunt in Praebendis, c. fin. de his qui sunt a majori parte, cap. in nostra 8. de injur. faciunt textus in lib. 3. §. societas, lib. cum duobus 42. §. Papiatus, ff. pro socio, l. cum pater 77. §. e. ff. de legat. 2. lib. cum qui alii, ff. de usufructibus, lib. fin. in fine primo. C. de fideicom. Illustrat ultra ordinarios, & congeitos a Barb. in praesenti, Antonius de Burgos, Martinus Uranus, Millianus, Franciscus Valens, & Prosperus Fagnan. in rescripto, ad hunc textum Suaz. de legib. l. 4. cap. 6. num. 11. Lelius Macinius gentilius c. 121. Alseffera hic.

14 *Impugnatur ratio al. ratio.* **S**ed pro dubitandi ratione in praesenti assertioem ita insurgit. Quod major pars Capituli statuit, tanquam ab omnibus statum observari debet, cap. 13. 10. q. 1. cap. cum in cunctis, de his qui sunt a majori parte, lib. quod major ff. de administrat. lib. aliud, §. rescripto, ff. de reg. juris, lib. nominatum §. C. de Decret. lib. 10. quia cum Capitulum sit unum corpus, non debet duplici iure caperi, cap. novimus, l. 2. q. 2. praecipue cum major pars Capituli aliquid iuratum secundum jus commune; tunc enim nec abentium suffragia exiguntur, cap. factus qui, 1. docet Uranus in praesenti nu. 8. Sed in praesenti textu statum factum fuit, ut Canonicis tenerentur residentes, quod est secundum jus commune: cap. inter, §. de. de alienatione residentium, igitur cum fuisse factum a majori parte Capituli, ab omnibus Canonicis debebat observari. Accedit, nam novum non est, ut iure commune, in eadem Ecclesia junioribus praefertatur, aliquae praecipue obtineant, ut praecedentiam in Sede, cap. 1. de major. & obed. jus ad portionem percipiendam, cap. si veritus, cap. 2. de consuet. lib. 6. ergo, & Canonici Trecentales statuto cavere poterant, ut seniores perciperent fructus praebendarum in absentia; juniores vero tantum si residentes.

15 *Traditur decidenti ratio.* **H**ac dubitandi ratione ita fultica non obstante, vera est praesentis textus decido, cuius varias rationes adducunt Reperentes in praesenti. Aliqui assertunt, ideo statum a Canonicis factum in praesenti casu non valere, quia contra antiquam Ecclesiae consuetudinem factum fuerat, & contra consuetudinem legitime praescriptam Canonici aliquid novum statum non valent, cap. cum consuetudinis, §. de consuet. Sed hoc ratio facile convincitur ex eo, quia Canonici possunt nova statuta condere, quando per ea rediatur ad alium jus commune, ut in praesenti casu contingit. Alii affirmant, ideo statum in praesenti casu nullum esse, quia successores praecedentibus in eo redebantur aequales. Sed etiam hac ratio refellitur primo, quia in praesenti Ecclesiasticis non attenditur successio: secundo quia novum non est, ut successores plus minuse juris habeant, quam antecessores, lib. reperit 10. ff. ad leg. Falciat. Quare his, & aliis rationibus omittis, verius dicendum est, in praesenti casu praesentis statuti provenire ex eius inaequalitate, cum enim statum sit legis species, e. 2. ubi probavi, hoc tit. & lex debet esse iusta, aequalis, & honesta, c. erit autem, 4. d. ff. ideo statum, de quo in praesenti, inaequalitatem continens, nullum erat. Illud enim factum erat in utilitatem seniorum, & dampnum juniorum, non in commune bonum, sed potius ex zelo avaritiae, & cupiditatis, cum Canonici deberent esse in fructuum percipiendi aequales: nam cum faciant unum corpus, diverso iure caperi non debent,

cap. cognovimus, l. 2. q. 2. cap. quia circa 3. de privilegiis, lib. 5. §. ff. de iure inveniunt. facit Calliodor. lib. 1. ep. 9. Iniquum est, ut de eadem substantia, quibus competere aequa successio, alii abundantius assuant, alii pauperibus incommode incrementa. Illustrat perdoctus Vir Academiae nostrae decus D. Joannes Sorlanus tomo 2. de iure Ind. lib. 2. cap. 5. lib. 82. & licet seniores a junioribus sint honorandi, non tamen juniores a senioribus sunt contemnendi, vel utilitatis commode privandi, Concilii Tolet. VI. can. 13. ibi: Qui Primum dignitate, aequo reverentia, vel gratia ob meritum in palatio honorabiliter habitus, his a junioribus modesto honor per omnia deserant, qui etiam juniores a senioribus ob dilectionis amplectantur affectu, & utilitatis immixtum exemplo. Iuste ergo Innocentius in praesenti decrevit, Canonicos juniores Ecclesiae Trecentis coequandos esse senioribus, aut iuxta antiquam ipsius Ecclesiae consuetudinem, vel iuxta novum statum, tam in lucrandis in absentia fructibus praebendarum, quam in vinearum anxonione.

16 *Distributio praebendarum ratio.* **N**ec obstat dubitandi ratio sup. adducta, videlicet factum a majori parte Cap. tanquam ab omnibus statum observari debere, nam procedit, quando negotium pertinet ad omnes de Cap. universos, non vero ut singulos, quia hoc casu factum Cap. debet ab omnibus approbari ex vulgari illa juris regula. Quod omni ranti, veli ab omnibus approbatur: c. quod omnes, de reg. jur. lib. 6. & in causa communi pluribus, ut singulis potius habetur ratio differentium, l. Salinus, ff. communi dividendo, lib. per fundum, ff. de servitutibus rusticis, l. restum, ff. communi dividendo: imo unus contempit reddit actum, statumve in sui praesentium factum nullum, c. quod fecit, c. boni, de test. unde cum in praesenti casu factum lucrandi fructus praebende, & utilitatis vinearum respiceret omnes Canonicos in singulos, ideo statum factum a majori parte in minoris praesentium non sufficiens. Ita docent omnes Reperentes in praesenti, cuius iuris professorem, in tanti negotium ad singulos ut singulos, vel ut universos spectat. Nec obstat argumentum ipsius dubitandi rationis, cum licet in fructuum percipiendi coequandi sit Canonici seniores junioribus, & juniores senioribus, tamen in honore exhibendo, & alius praerogativis possunt, & debent seniores junioribus praefari, in Sede, cap. 1. de major. & obed. jus ad portionem percipiendam, cap. si veritus, cap. 2. de consuet. lib. 6. ergo, & Canonici Trecentales statuto cavere poterant, ut seniores perciperent fructus praebendarum in absentia; juniores vero tantum si residentes.

17 *Exponitur ratio de electione.* **S**ed adhuc praesenti assertioem obstat videri text. in e. cum dilectus de Clericis non residentibus, ubi cum Canonici Ecclesiae Metensis statum condiderit, ut non nisi praesentes fructus suarum praebendarum perciperent, & quidem Canonici essent in servitio Rom. Pontificis, quistum fuit, utrum ipse fructus suae praebende non obstante statuto percipere possit? Et respondit Honor. III. quod cum familiaris, & obsequialis Rom. Sedis non minus sint in servitio Ecclesiae, quam abbas, sicut in ea residentes, ideo praedicto Canonico fructus integre esse praestandos: quem textum sic expendo. En ubi tantum indulgentia Canonici absens lucrare fructus, quos statum praer statum ab aliis Canonici factum amitteret: ergo in praesenti casu Canonici juniores statum a senioribus facto ligabatur. Cui difficultati respondendum est, in eo textu statum factum fuisse iuxta jus commune, videlicet ut tantum Canonici residentes fructus praebendarum perciperent, alias eos amitterent: quo casu omnes Canonici tali statuto tenerentur, unde in d. e. cum dilectus, Canonici existent in servitio Pontificis, fructus praebende lux lucratur, quia pro residenti habeat, cum extet in servitio Romani Pontificis. Etiam opponi potest textus in e. consuetudinis §. de consuetudine, iunctis ibi adductis.

G A P U T VII

Idem Mattheo a Genetensi Episcopo.

QUae in Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum virorum praedictum attentantur, firmitatem fortiori non decet, sed ad Ecclesiarum indimittentem debent potius infirmari. Sane pervenit ad audientiam nostram, quod Tervifinus, & Congelanensis constituendo sibi, & utinam sibi tantum, jurisdictionem temere usurpantes, impietatem palliant sub nomine pietatis: & dum quibusdam ex alieno gratiam exhibere nituntur, Ecclesiam sunt, & vris Ecclesiasticis onerati. Non contineantur squidem, sicut accepimus, quod si quis se ad inopiam vergere probabiliter allegarit, alienandi feudum quod ab Ecclesia, vel aliis tenet, officiales adhuc a Tervifinis civibus, & Congelanensis deputatis liberam habere facultatem, ne emptor priori domino tenetur respondere, nisi tantummodo in sexta e parte pretii, quam ipsi, si recipere voluerit, exhibebit: ex quo Ecclesiastica non modicum jura laeduntur. Volentes igitur Ecclesiarum indimittenti consilere & hujusmodi gravaminibus providere, constitutionem hujusmodi, & venditiones feudorum Ecclesiasticorum factas sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu, occasione constitutionis, imo verius destinationis, vel destructionis istius, praesentium auctoritate cassamus, & vris decernimus non habere. Nulli ergo, &c. hanc paginam nostrae cassationis, &c. Datum Laterani x. Kal. Aprilis.